

## CONCILIUM LATINUM LODZIENSE XIII

**Dilecte Latinitatis cultor / Dilecta Latinitatis cultrix,**

ex imo corde invitamus Te ad Concilium Latinum Lodziense XIII, quod fiet **die 27-o m. Maii A.D. MMXVII** (qui est dies Saturni), cui autem est titulus:

***Rara, mira, inaudita, id est omnia naturae operisve humani praeter modum et regulam prodeuntia.***

Agetur omnibus de rebus mirificis, ita iucundis ut horribilibus, ita deformitate sua eximiis ut virtute praecipua excellentibus, quibus ipsi aliquando occurrimus atque etiam iis quas per scriptores aliave gestarum rerum monumenta pernoscere possumus. Respicientur itaque naturae partus mirabiles ab ipsa locorum conformatione usque ad animantia deformia diversissima, item insolentia hominum gesta, quibus aut per ipsorum excellentiam aut per effectus quosdam memorabiles aequalium posteriorumque admiratio debeatur, item ex utraque lingua prompta dicta et vocabula regulae communique verborum usui contraria.

Quod concilium habebitur in aedibus Facultatis Philologicae Universitatis Lodzensis, situs Lodziae ad viam Pomorska 171/173. Quomodo illuc perveniri possit, in scheda ordini rerum adiuncta describetur.

Iis qui quoddam ad rem pertinens proferre velint, brevis sermonis titulus mittendus est ad Sbigneum Danek aut ad Annam Maciejewska (vide infra) usque ad Kalendas Maias. Quem terminum quaesumus strictissime observetis, ut de rerum dispositione ad tempus decerni possit.

Si quid praeterea scire vultis, interrogandi sunt:

Z. Danek (tel. 42 6578663, [zbigdan@uni.lodz.pl](mailto:zbigdan@uni.lodz.pl)), A. Maciejewska ([charisia@uni.lodz.pl](mailto:charisia@uni.lodz.pl)).

Z przyjemnością informujemy, że dnia **27 maja 2017 r.** (sobota) odbędzie się kolejna konferencja z cyklu Concilia Latina Lodziensia, której tytuł w tym roku brzmi:

Temat obejmuje rzeczy dziwne i nietypowe, których niezwykle cechy wzbudzają zachwyt bądź przerażenie – zarówno te, z którymi mamy do czynienia bezpośrednio, jak też znane z relacji literackich i innych przekazów. Chodzi o zadziwiające twory natury nieożywionej i niesłychane mutacje ożywionej, o niespotykane zachowania ludzkie, zdumiewające same przez się lub przez swe pamiętne skutki, wreszcie o rzadkie sformułowania i nieregularności obu języków starożytności klasycznej.

Miejszem obrad będzie budynek Wydziału Filologicznego Uniwersytetu Łódzkiego przy ul. Pomorskiej 171/173 w Łodzi. Wskazówki na temat dojazdu dołączymy do programu.

Tytuły wystąpień (krótkich: ok. 10 minut) prosimy zgłaszać do 1 maja do dr Anny Maciejewskiej lub prof. Zbigniewa Danki. Prosimy o dotrzymanie terminu, aby można było w porę ułożyć plan obrad. Obowiązuje język łaciński.

Dodatkowe informacje:



Uniwersytet  
**ŁÓDZKI**

Katedra Filologii Klasycznej  
i Studium Języków Obcych